

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consciencia k
cum fonte primo

Nulla pena grauior pena conscientie.
Vis autem nunquam esse tristis? Bene uiue.
Secura mens tristiciam leuiter sustinet.
Bona uita gaudium semper habet;
consciencia autem rei semper in pena est.
Nunquam securus est reus animus.
Mens enim mala conscientie
propriis agitatur stimulis.

Ysidorus II. libro soliloquiorum.

Nulla poena grauior conscientiae.
Vis autem nunquam esse tristis? bene uiue.
Secura mens tristitiam leuiter sustinet,
bona uita gaudium semper habet.
Conscientia autem rei semper in poena est,
nunquam securus est reus animus.
Mens enim malae conscientiae
propriis agitatur stimulis.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.61b (CCSL
111b, J. Elfassi ed., p.112, ll.636-644).